

GREGORIUS episcopus servus servorum dei. Dilectis in Christo filiabus . . abbatisse et conventui monasterii sancte | Crucis ^aCisterciensis ordinis Misnensis^a) salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecte in domino filie, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipate, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis | modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem terras, possessiones, redditus ac alia bona vestra, sicut ea omnia iuste et pacifice possidetis, vobis et per vos | monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et | beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Perusii XII kal. | augusti pontificatus nostri anno nono.

(B.)

58. a) Über C und M jeweils ein Korrekturzeichen (") von ähnlicher Tinte A. Die Cisterciensis ordinis einschließenden Zeichen sind keinerlei Hinweis darauf, daß eine Korrektur an genau dieser Stelle erfolgen sollte: es liegt weder eine fehlerhafte Wortstellung vor, die einer Verbesserung bedürft hätte (vgl. z. B. PU Dresden I/1, Nr. 39, Anm. d, Nr. 67, Anm. b, Nr. 70, Anm. b), noch wird davon auszugehen sein, daß die Angabe der Ordenszugehörigkeit berichtigt werden sollte (zu den Auseinandersetzungen in dieser Frage vgl. Nr. 74). Es handelt sich hier wohl vielmehr um die – allerdings nicht befolgte – Anweisung, das nach Misnensis versehentlich ausgelassene Wort diocesis zu ergänzen. Zu Korrekturzeichen, die in dieser Weise positioniert und in Form von Transpositionszeichen ausgeführt worden sind, vgl. Fickel, Korrektor, S. 46, 119 f., 133 f. und 141 f.